Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26050
Copyright: Admont, Benediktinerstift



EVANGELIO HIS HORE AVCTOR ETERNUS
omnipotens dns unigenitus dei filius inseparabilis
semperq; manens apud patrem natus pro nobis perfectum
suscipere dignatus est hominem natus quod ds erat ex
maniuit in semetipso. ut omnia legalium
sanctionum sacramenta transirent. Hanc ut primum beate
matris seno pecessit ab utero circumcisionis signaculo dedicatur
siue ut indubitatam carnis sue ostenderet ueritatem siue ne
eum uelut alienigenam aliuna circumcisionis plebs iudaica de
clinaret. Verum quia tamen per moysen legis preterit preceptum non
poterat. offerit pro purgationis holocaustum. Et pro illo fris ho
locaustum purgationis offerit qui omnium hominum sordes
purgaturus aduenit. Cum iohis premissus ante faciem eius ecur
rentes ad se populos et predicatione corrigeret et penitentie
baptismo consecraret. ipse ad eum inter permisceri uiles q;
turbas uelut unus e populo peraut. et tanta se benissimus
dignatione subiecit. ut illud sacratissimum caput tremen
dum potestatibus angelis ueneranda ad suscipiendum
baptismum seruuli sui manibus inclinaret. Quem uidens
Iohannes uenientem ad baptismum suum ac diuinae in eo glie
insignia recognoscens dixit. Ego autem debeo baptizari
hoc est terrena a celesti mortalis ab eterno. fragilis a poten
te. et tu uenis ad me ad precursorem iudex ad creaturam
creator: rex ad ministrum. et humiliaste in exiguo
cum tua non sim dignus calceamenta portare. Tu inter
peccatores ad baptismum uenis in cui ore dolus inuentus
non est et per quem totius mundi peccata tollunt. ac tamen
te tuis subiecis certaturis ut puteris obliuisci quod ds